

## Libet

**¶** *U*terque necessitas in rebus naturalibus sumatur ex materia vel fine. Pro cuius responsione scien-  
dum quod sumere necessitate ex aliquo non est aliud quam ponere  
necessariam dependentiam ad ipsum. et ideo quod quere an necessitas  
rebus naturalibus sit ex materia. est vno modo quere an res na-  
turales dependant sic a materia quod necesse sit esse materiam  
in rebus naturalibus. Et tunc est facilis responsio quod sic quod res na-  
turales non possunt esse nisi habeant materiam formam et effici-  
cientem. Sed quod causalitas vnius cause propter eam necessitas  
alterius. ideo necessitas reperitur in causis quod ad ordinem. et quod ro-  
ta ratio causalitatis in alijs causis est ex fine. ideo aliter et ab-  
solute dicitur esse quod necessitas secundum rationem necessitatis in rebus  
naturalibus sit ex fine sumenda. quod illa necessitas que in alijs  
causis resoluitur ad necessitatem finis. Et quibus finis sit alii  
quod vltimum finem via exequutoris. est tunc primum in causalita-  
te. et in ordine causalium. quod ex fine mouet efficiens. et effi-  
ciens mouet materiam ad formam.

**¶** *P*hysicus demonstrat per omnes causas. Et neces-  
sitas sumenda erit ex omnibus causis. Dicitur quod  
illa ratio probat quod necessitas in rebus naturalibus sit ex omnibus cau-  
sis. quod necesse est omnes causas concurrere ad constitutionem rei  
naturalis. tunc illa necessitas que est in alijs causis resoluitur  
ad causalitatem finis. et sic tota ratio necessitatis siue origo est  
ex fine. Sed contra ratio poris non sumit ex posteriori. sed fi-  
nis est posterior omnibus causis. ergo ratio. Dicitur quibus finis sit  
posterior secundum viam exequutoris. est tunc per finem viam intentio-  
nis. et quod via exequutoris resoluitur in viam intentionis que pri-  
or causalitate. ideo necessitas aliarum causarum resoluitur  
in necessitatem finis.

**¶** *C*orruptiones rebus sunt necessarie necessitate  
naturali. et tunc non possunt reduci ad necessitatem fi-  
nis. quod necesse est ad bonum nature particularis siue ad  
bonum illius quod corruptibile. reducit tunc ad bonum nature vniuersalis  
quod salus vniuersalis non possit esse nisi aliquid corrumpatur. oportet  
enim quod ex corruptione vnius alia perseruent. vt aialia perseruentur  
ex corruptione plantarum. Et quod quod sit sit aliquid necesse  
est absolute necessarium. sed non in rebus naturalibus. et ideo dicitur est  
superius. quod in rebus naturalibus sumit necessitas ex fine. quia  
prima causa est ens simpliciter necessarium. sicut res que ceperit in mente  
diuina sunt absolute necessarie secundum quod huiusmodi. Et si ite-  
rum gratia. vt aliqua creatura habeat aliquam absolutam  
necessitatem. et videtur quod sic. quod illud est necessarium absolute  
quod non habet in se causam siue existentie. sed sic de substantijs  
separatis. Et sunt absolute necessarie. Dicitur quod dupl. dicitur aliquid  
quod necessarium absolute. vno quod non habet in se causam non existe-  
tie. et sic sube separate sunt necessarie. et similitur corpora celestia  
Alio dicitur aliquid absolute necessarium. quod nullo modo potest habere  
ordinem ad non esse. et sic solus deus est necessarius  
Quibus enim sube separate non habeat ordinem ad non esse per  
causam intrinsecam. s. p. materiam diuinitatis annexam. sicut res na-  
turales corruptibiles. hinc tunc ordinem ad non esse per causam libe-  
re perseruant. s. dei. Quia tunc hoc proprie alicuius venit quod  
inest sibi a natura. ideo etiam res tales possunt dici absolute ne-  
cessarie cum res non debeant denominari ab extrinseco. sed  
ab eo quod est eis intrinsecum.

Explicit scds

libet physicorum.

Sequitur tercius

## Tercius

### Iuxta initium

*tercij libri physicorum. quod sit ratio or-  
dinis istius. tercius ad libros precedentes  
res et sublequentes. Dicitur quod ratio  
prima est. quod sicut principia sunt ante  
passiones. ita determinatio de prin-  
cipijs precedit determinationem de passionibus. sed in primo et  
in secundo determinatur de principijs. Et hoc sub ista dicitur  
quod in primo determinatur de principijs secundum quod sunt principia  
constitutiva subiecti. in secundo vero secundum quod sunt principia scie-  
ntie. secundum quod habent ordinem ad passiones. In hoc tertio autem et in  
quarto sequenti determinatur de passionibus. Et tertius sequitur  
primum et secundum. Dicitur per quod causa precedit effectum. sed  
principia sunt causa passionum. et sic determinatio de prin-  
cipijs precedit determinationem de passionibus. Ratio autem dicitur  
nisi istius tercius ad quartum est. quod in tertio determinatur  
de passionibus intrinsecis entis mobilis. sed in quarto agitur  
de passionibus extrinsecis. sicut ergo intrinsecum est ante  
extrinsecum. ita tercius precedit quartum.*

**¶** *N*ulla est passio extrinseca. Et male dicitur quod in  
quarto determinatur de passionibus extrinsecis.  
Dicitur quod iste passiones. locus et tempus que dicitur  
hic extrinsece possunt ad duo parari. vno modo ad propria  
subiecta et sic sunt intrinsece. sicut si locus coparet ad cor-  
pus locans est passio intrinseca. Et si tempus coparetur  
ad motum primi mobilis. sic est passio intrinseca. quod tales  
passiones sunt adaequate istis subiectis. Alio modo sunt iste  
passiones coparari ad subiectum istius scie. quod est ens mo-  
bile. et sic sunt extrinsece. quod non sunt extrinsece ens mo-  
bilis secundum quod huiusmodi. nec sunt in quolibet ente mobili. locus  
enim non est in corpore locato. nec tempus est in re temporalis.  
saltem subiectiue. Et si sic esset. si diceretur quod risibile esset  
passio extrinseca aialis. et sensibile passio intrinseca ipsius  
quod sensibile fuit extrinsece. proprijs animalis secundum quod huiusmodi  
sed risibile fuit extrinsece animalis secundum quod homo.

**¶** *M*otus non uenit omni enti mobili secundum quod hu-  
iusmodi. sed non erit passio intrinseca iuxta p-  
cedens. Aliis patet. quod multa sunt entia naturalia que non mouentur.  
Dicitur quod motus accipit dupl. vno modo secundum quod impo-  
sit actui. s. formam imperfectam tendente ad esse perfectum. et  
sic motus non est passio intrinseca entis mobilis. Et hoc  
propter duo. Primo quod passio intrinseca est se-  
cundum quod mouetur cum subiecto. sed motus sic accipitur non mouetur cum  
ente mobili. quod sunt multa entia mobilia que sunt in quibus  
est secundum aliquam formam. Secundo quia omnis passio  
est naturalis subiecto. sed multi sunt motus innatu-  
rales. sicut quando aqua calefit. vel quando lapis mouetur  
sursum. Alio modo accipitur motus secundum quod per ipsum circulo  
mur aptitudinalis siue naturalis habitudine ad motus. s.  
mobilitatem naturalem. Et sic est passio intrinseca entis mo-  
bilis. Et hoc potest sic probari. quod in scientijs comuniter for-  
malis ratio considerandi. et passio intrinseca habet idem nomen  
sed mobile accipit vt formalis ratio considerandi subiecti huius-  
modi scie. Et erit passio intrinseca eius. Et similiter est  
passio propria. quod uenit omni soli et temp.

**¶** *N*ulla passio debet precedere suum subiectum. sed mo-  
bilis precedit suum subiectum quod est ens mobile.